



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXXVIII. Graf Ulrich von Regenstein überläßt zu seinem Seelenheil dem
Kloster Hillersleben eine Hofstatt und einige Breiten in Wederingen, im
Jahre 1283.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

vobis et monasterio vestro pro suarum animarum remedio liberalitate prouida concesserunt, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri; Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes illud auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Laterani, Idus Maii, pontificatus nostri Anno primo.

Cop. I, fol. 2.

XXXVIII. Graf Ulrich von Regenstein überläßt zu seinem Seelenheil dem Kloster Hillaersleben eine Hoffstatt und einige Breiten zu Wederingen, im Jahre 1283.

In nomine domini Amen. Olricus, dei gracia comes de Reghensten, omnibus in perpetuum. Que gerunter in tempore de facili euanescent cum tempore, et de gestis hominum eciam laudabilibus de facili dura emergit calumpnia, nisi obliuio rerum per scripti memoriam auferatur. Notum igitur sit omnibus presens scriptum inspecturis, quod nos olricus, comes de regensten, proprietatem vnius aree site in uilla wederigen et VI iugera adiacentia eedem aree, que vulgiter dicitur brede landes, pro remedio animarum nostrarum contulimus ecclesie in hildesleue cum omni iure, quod ad nos pertinebat, quiete ac pacifice possidendam. Huius rei testes sunt iohannes scade et conradus de ammenfleue, milites, et hinricus, monachus, haddorp et tithmarus, plebanus sancti petri in suanebeck, et hinricus de derneburgh, notarius, comitis olrici et geuehardus venator et matyas de ammenfleue. Vt autem hec donacio rata et inconuulsa in posterum permaneat, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri munimine iussimus communiri. Datum suanebek, temporibus domini abbatis arnoldi, anno domini M^o. CC^o. LXXXIII^o.

Cop. I, fol. 21. umb 24.

XXXIX. Der Archidiaconus des Bannes Wanzleben vergleicht Streitigkeiten zwischen dem Kloster Hillaersleben und dem Dorfe Wederingen, am 15. August 1302.

Nos Ropertus de mannefelt, camerarius curie magdeburgensis ac archidiaconus banni Wantfleue, Omnibus presens scriptum intuentibus salutem in domino. Quoniam nostra interest, veluti cuiuslibet habentis iurisdictionem ecclesiasticam nulli equum iudicium denegare, prout dinoscun-